

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale|| De Avibvs

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLVI.

VD18 90528921

Historiae Natvralis De Avibvs Liber III. De Auibus Insectiuoris.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11068

INDICA incolis capitis uiridis, apud quos repentur, dicitur fruso, Lusitanis cardinalitius, quod galerum purpureum gestare uideatur. Habet cirros in capite figura trigona coccineos, quo colore pariter collum, pectus et uenter refulgent. Alarum extremitates dilute purpurascens. Caudam pro corporis proportionem longiusculam, digitum auricularem latam, aliquantulum surrectam. Tibias breues et albicantes, ungues robustos et non-

nihil recuruos. *Vidit* panico, amygdalis et alsine herba et cibum e manibus accipit. *Voces* auium, lusciniae maxime, imitatur. Saepe se aquae immergit, unde temperiei calidissimae esse putatur. *Visa* icone sua in speculo, mirabilibus modis sibilos edendo, cristam deponendo, caudam more pauonum erigendo, alas motitando gesticulatur et speculum impetit.



HISTORIAE NATVRALIS

DE AVIBVS

LIBER III.

De Auibus Insectiuoris

TITVLVS I.

De Insectiuoris non Canoris

CAPVT PRIMVM.

De Picis Martiis.

Picus Martius, quod Marti sacer sit, dictus, δρυόκολας Hefychio, δινδροκολάπτης, ξυλοκόπος et δρυόκοπος Aristoteli, δρυοτόμος Aristophani, κόλαφος Miletio, recentioribus Graecis κερκηνις uocatur. *Genera* ipsorum tria a Aristotele recenset, nos de pluribus inferius dicemus. An uero uel illa, quae occidentalibus Indis alcatran, teste Cardano, dicitur, rostri et corporis magnitudine celebris cinerea croceaue pluma distincta, rostro duorum palmorum in acutum tendente uel picutus dicta, cui rostrum toto corpore maius, ubi capiti iungitur, tribus digitis latum, aduncum, quo et arbores terebrat et a paruis fimiis se defendit quaeque linguam loco pennae habere dici-

tur, ad picos pertineat, penes eruditos sit iudicium. *Formam* ipsorum si attendamus, habent omnes *rostrum* rectum, durum, rotundum et ad pertundendas arbores percommodum. *Linguam* iis Aristoteles tribuit πλατείον καὶ μεγάλην. Aldrouandus longam quidem in omnibus et ad occiput usque extendi et super totum capitis uerticem ceu in glomum conuolui adeo ut, cum exoritur, tanquam e multis inuolueris in longum admodum extendatur, obseruauit, latam minime, quin est acutissima et in extremitate quodammodo cartilaginea. *Anatomen* uide apud Aldrouandum. *Crura* quoque omnibus sunt breuiuscula, at admodum robusta. Digni pedum ante bini, totidem retro iique ualde coniuncti, ut arborem,

borem, quam scandunt, firmiter adprehendant. Cauda rigida et duriuscula, cuius pennae in extremitatibus ferme nudaе, quibus haud aliter, quam pedibus, inter rependum innituntur.

Locus.

Locum si spectes, in quibusvis reperitur regionibus, raro in Belgio, in Tarentino agro negari scribit *b* Plinius, sed *c* Aldrouandus omnia genera in Italia ali, maximum si excipias, adfirmat.

b Plin. H. N. l. 10. 29.

c Ornith. l. 12. c. 30. *Vidus.*

Vidit uermibus, culicibus nempe, formicis, quas exporrecta lingua, uelut in ueru infigunt et latitantibus sub lignorum corticibus et medulla cosis. Ideo arbores tunc, quarum *d* percussu corticis sono pabulum subesse intelligunt et tam uehementer eas interdum excauant, ut ipsas sternant. Quidam apud Aristotelem *e* amygdalum tertio ictu pertudit et nucleum comedit.

Generatio.

Nidificant in cauis arborum, olearum inprimis. Tanto artificio nidum exstruunt et excauant, ut admoto circino rotundius reddi foramen a perfectissimo geometra non posset et ligna, quibus inter se confertis constat, facilius manibus separentur, quam ferro dissecantur. *Pullos* septem uel octo educant, quos exire ex ouo a cauda hylas, referente Plinio, tradidit. Quoniam pondere capitum peruersa oua posteriorem partem corporum fouendam matri adplicant. Nunquam humi consistunt uel in faxis

confident, ne aciem unguium obtundant. Scandunt uero per arbores omnibus annis *καθ' ἅπαντας* tanquam stelliones seu, ut Plinius uertit, feles, non modo sursum per arborem reptando, sed deorsum etiam et sub ipsis ramis, pedibus et uentre sursum, tergore deorsum terram uersus conuerso, quod Aristoteli est *ὑπτιον καὶ ἐπὶ τὴν γαστέρα*.

Humano ipsos *sermoni* aduescere *Vox*. Scaliger *d* auctor est, sed minus *d* Exer. apte et rariora et pauciora, quam *tar. 237.* picam reddere, addit. Albertus *e* *cl. 23. de* perfecte aliquando loqui scribit. *Va- Animal.* lidius, quam solet, stridens pluuiam praesagire credebatur. Hinc ei pluuiæ auis apud ueteres nomen.

Ufus ipsorum et in cibo, ideo tota fere hyeme et autumno Bononiae in foro uenduntur et in *medicina*. Nam cum sale torrefactum quidam ad internas ani eminentias adplicant. Assatum uel elixum incantatione ligatos soluere oculos, gestantibus uisum acuere, rostrum e collo suspensum dentium, uulvae et tonsillarum dolorem curare Kiranidis sunt deliramenta. Idem ferentes ab apibus, etiam si mella earum eximant, non feriri Plinii. Clauum et cuneum arbori, in qua nidificant, infixum diu non haerere. *f* Foramen uero nidi lapide uel ligno obstructum, herba adposita seu illa linaria maior seu aethiopis eundem aperire pari fide adfirmatur.

f Plin. H. N. l. 10. c. 18. *Aelian. H. A. l. 1. c. 45.*

CAPVT II.

De Picis in specie.

ARTICVLVS I.

De Pico Maximo, Maiore, Vario Minore Viridi Nostrate, Pico Luteo Cyanopide, Viridi Maiore et Murario.

PICVS MAXIMVS est omnium longe maximus, cornicis interdum magnitudine, infra galinam aliquid et excepto capitis uertice, *totus niger*. Plumae tamen in


uertice coccineo uel flammeo colore egregie micant et, uelut cirium, efficiunt. *Rostrum* habet longum, robustum, digitum paruum, longum, cuius superior pars, quae iuxta

x.
Exerci.
237.
23. de
imal.

6.


lin. H.
1. 10.
8.
am. H.
1. 1.

2. 1.
2. 2.





Picus maximus niger.
Großer Schwarzer Specht.



Picus varius minor. Tab. 41



Picus maior Bänder Specht



Picus viridis. Grünspecht.



Picus murarius. Mauspecht.



Picus viridis maior.

Picus Luteus
Gyanocephalus.



Picus nidum sspindit.
Waldwal Bijnolt, Goldmerle




Großer Grünspecht.

Picus cinereus.



Blauspecht,
Mauspecht.

Picus Chlorio Indicus.



Picus varius. Elstrespecht.
Gränspecht.



ta caput, lata eminent et duas strias, ut folium cyperi, obtinet. *Linguam* oblongam duram et in extremitate asperam. *Digitos* binos ante et totidem retro. Ungues recuruos.

PICVM MAIOREM *πίπραν* Aristoteles uocat. Magnitudine merulam uincit, scribente Aristotele. Is, quem Aldrouandus depingit, *rostrum* habet canaliculatum, *linguam* longissimam, musculosam, extremo apice duro neruo aculeatam. *Caudam* robustam et ob superiores reliquas conoperientes plenas duro calamo donatas et inflexu difficillimas, renitentem. In tota aue triplex color conspicitur. *Plumae* medio uertice rubicundae et saturo cocci colore conspicuae sunt, quae in foemella mari alioquin per omnia simili desiderantur. In oculorum ambitu, uentre toto et alis internis insigni macula albicat. In alis et cauda nigri aliquid conspicitur.

PICVS VARIVS MINOR maiori per omnia simillimus est et prorsus uideretur idem, nisi rubrae illae maculae in uertice et uropygio deessent. *Dorsum* eius uersus lumbos magis, quam superioris, uarium. Et ex albo nigroque promiscue maculatum, lineis interim obscuris transuersalibus, quae alarum notis respondere uidentur, conspersum est.

PICVS VIRIDIS *κολιδας* est Aristotelis inter picos quidem eidem non recensitus, inter picos tamen uel ob solam pedum et caudae dispositionem (duobus digitis ante et totidem retro insignitur et caudam rigidam habet) numerandus. Turem magnitudine aequat. *Rostrum* habet nigrum, durum, robustum, acutum, duos digitos longum. *Caput* crassiusculum in superiori parte ex maculis partim miniaceis, partim nigricantibus uarie-

gatum. *Oculos* alia quaedam macula nigra ambit, sub qua rubrae illae maculae superioribus conrespondentes pallidiores sunt. *Dorsum et alae* uirides cum luteo tamen intermixto. *Mentum*, pectus, uenter, crura pallide uirescunt, adeo ut ex albo et uiridi permisceri uideantur. Aestate eum filere aiunt. Ideo, cum mense Aprili quidam clauitatem audiuisset, hyemem adhuc metuendam praedixit. Altissimas arbores uolatu traiecit.

Osa ipsius tota in pollinem redacta et in uino epota ualidum sunt contra calculum remedium.

PICVS LVTEVS CYANOPVS ex Persia adfertur. Magnitudine a superiore nihil differt, caput tamen et collum crassius et rostrum prolixius obtinet. Pennae a medio uertice ad extremum *caudae* usque aliquid ferruginei habent, *rostrum* uero omnino ferrugineum. *Pedes* subcaerulei, *ungues* nigri, caetera lutea, nisi quod *alarum pennae* omnes in extremo quodammodo ferrugineae sint.

PICO VIRIDI MAIORI seu *Aldrou.* *Ornith. l.* *12. c. 35.* maximo rostrum, quod in omnium picorum genere rectum est, incuruum, pedes ad similitudinem aliorum, uarias maculas in alis tribuit Bellonius. *Bellon. l. 6. de Anib. c. 15.*

PICVS MVRARIVS muris turrium maxime adhaeret et uermiculos in eorum rimis inquit. Passere domestico paulo maior est, sturni fere crassitie. *Rostrum* habet oblongum, tenue, nigrum. *Caput*, collum, *dorsum* cinerea. *Pectus* albicans. *Alas* partim cinereas, partim rubeas. *Caudam* breuem. *Digitos* pedum longos, tres ante, unum pro calce. *Alas in uolatu* semper motitat nec uno loco insidere nouit. In foraminibus parietum *nidulatur*. *Suauem uocem* edit.



De Pico Cinereo seu Sitta, Pico Nidum Suspendente,
Chlorione Indico et Picis Congenere.

PICVS CINEREVS Aristote-
li *σίπη* seu *σίτη*, aliis *ύλοτομύσα*
quasi materiem contundens nomine
omnibus communi, quibusdam
σεισπογυγίς et *κιναιδος*, quod uropy-
gium motitet, modernis Graecis
καρκενίτης dicitur. Adnumeratur pi-
cis, quia eorum more super arbo-
res repit. Caput ei paruum. Oculi
exigui. Rostrum longiusculum, ni-
grum, rotundum. Collum, dorsum,
alae nec non et cauda superius e
plumbeo ad cinereum uergunt, sub
collo uero et uentre e castaneo ad
rufum. Cervix ad latera lutescit.
Qua parte inter rostri principium et
retro oculos macula oblonga niger-
ima insignitur. *Viu*t maceriem con-
tundens. In foraminibus arborum,
quas terra et limo artificiosissime
claudit, angusto aditu sibi relicto,
nidulatur et prolem numerosam pro-
gignit. Frangit aquilae oua. Res
malefica ei tribuitur, quasi rerum
cognitione calleat.

PICVS NIDVM SVSPEN-
Arist. H. **DENS** cum oriole Alberti, Ari-
A. l. 9. c. stotelis chloreo et Plinii chlorione,
17. galbula seu gulgulo, ictero et Bono-
Idem l. 9. c. niensium regalbula idem esse ab Al-
drouando creditur. Modernis Grae-
cis *συκοφάγος* dicitur. Chloreum et
Plin. H. chlorionem Aristoteles et Plinius ad-
N. l. 37. pellauere, ut luteum et uiridem in
Aldrou. ea reperiri colorem innuerent. Iu-
Ornith. l. nior uirescit, adultior aut saltem
12. c. 39. annua facta, alis tantummodo ex-
ceptis, tota euadit lutea. Magnitudine
est par turturi, colore pro ratione
aetatis uariat. In iuniore rostrum est
subfuscum. Adulta inter rostrum et
oculos maculam habet nigram. Iu-
nior minime. Illa alas habet nigerri-
mas, quarum pennae et remiges ma-
xime in extremitatibus suis albe-
scunt, iunior superiores pallidas,
inferiores nigricantes.

Locus. **Locum** si adendas, Germaniae esse
Plin. H. peregrinam Gesnerus reliquit. Mi-
N. l. 10. gratoria uero est. Plinius et Aelianus
c. 25. hyeme eam uideri negant, aestiuo

tempore in conspectum uenire, ex-
ortu arcturi syderis discedere et, pul-
liseditis, Italiam relinquere adici-
unt. In Heluetia mense Maio adpare-
re incipit, in quibusdam Galliae locis
Martio. Dependens pedibus so-
mnum capit, quia se tutiorem spe-
rat, si Plinio credimus.

Vermibus more picorum *uescitur*,
sed et sicibus. Vnde ipsi *συκοφάγος*
nomen

Proprium ipsi *nidum* in arboribus
suspendere. Constat ille ex musco et
lanugine quandoque, ex foeno et
culmis nonnunquam, ex cannabe et
festucis interdum. Forma ipsi cor-
bis uel calathi ficarii e iuncis intexti,
uincula, de quibus pendet, sunt
culmi, iunci, fila e lino, serico,
fetae equinae et caetera. Iconem in
Aldrouando uide.

Cum *cantillat*, orio uel loriot so-
nat, imminente plauia, fistulae in-
star canit.

Vsus ipsius in cibo est et *medici-*
na. Pinguescit mirum in modum.
Emoritur, si ab ictero conspicitur
aeger, ipsa euadit. Ad Germanos
accedens non amplius nascituras
pruinis promittit.

CHLORIO INDICVS maxi-
ma sui parte, quin toto corpore lu-
teus est, si coronam uerticis et cau-
dae alarumque maculas caeruleas et
rostrum pedesque, quae insigniter
rubent, excipias.

PICIS CONGENEREM Al-
drouandus Marchioni Fachineto de-
bet. Erat, quantum ex pictura con-
iicere licebat, coccothraustis ma-
gnitudine, rostro luteo, acuto, pi-
corum haud absimili, uertice, cer-
uice et toto dorso uiridi, uropygio
albo, pennis alarum uestitricibus
uiridibus, remigum superioribus
albis, inferioribus et cauda caeru-
leis. Prona pars a rostri initio ad
anum usque coloris cinnaberis erat.

NB. *Picarum genera exotica ui-*
de in mantissa. N. 5.

CA.

CAPVT III.

*De Iynge seu Torquilla, Iyngi Congenere
et Certhia.*

Propter rostri et linguae constitutionem picis iynx subiungitur, quam Galenus et Suidas *κιναιδιον*, Tzetzes *σεισοπύγιον* et cinclida, Athimontis incolae, teste Bellonio,alconem, Theocriti interpres *σεισπαυ*, alii turbinem, Gaza torquillam uocat. Vincit magnitudine fringillam. Rostrum habet firmum ex plumbeo et nigro permixtum. Linguae aculeum tam acutum et ualidum, ut humanam cutim haud aliter ac acicula penetret. Ea infra arteriae summum subit et supra cranium reflexa prope nares inferitur. Est autem gemina, ubi ab occipitio reflecti incipit et inincipite rursus utraque partes conueniunt. *Digitos* pedum utrinque duos habet. *Digitorum* utrobique longior alter cum altero breuiore coniungitur. Conspicitur in quauis regione circa arbores.

Vescitur formicis easque exerta lingua uelocissime aculeo transfixas uenari et deuorare solet nec unquam rostro adtingit. Dicitur *τρίχειν*, id est, stridere. Sed Aelianus obliquam tibiam uoce sua aemulari ait.

Nidulatur in arborum foraminibus, uillis et domibus. Ocho uel nouem *oua* uno partu excludit. Aegerrime cicuratur. Si manu teneatur, caput in utramque partem circumagit. Apud Gesnerum enutrita accessum hominis aegre fere-

bat, collum in sublime erigebat, rostrum sine morfu modo extendebat, modo retrahebat. Plumae capitis rigebant. Caudam erigebat et dilatabat. Vfus ipsius est in cibis.

IYNGI CONGENER, quem Aldrouandus describit, magnitudine erat par iyngis, colore capitis, dorfi, alarum et totius caudae ferrugineo maculis luteis transuersalibus distincto, pectore et uentre albicantibus et lineis luteis per longitudinem exornatis. Tibiis luteis, digitis picorum more oblongis.

CERTHIA, Aristoteli *κέρθιον* uel, ut Robertus Constantinus opinatur, ab astu *κέρδιον* dicta, auicula est exigua, regulo paulo minor. Rostrum habet arcuatum, in superiori parte longius et crassius. Guttur et pectus candicans, dorsum et alas fuluescentia nigris maculis ubique distincta. Caudam breuem, rigidam et in extremitate acutam. Vngues ualde aduncos. *Vititat* insectis minoribus. In cauis arborum *nidificat* et uiginti quandoque *oua* ponit. *Vocem* ipsi claram tribuit Aristoteles. Perpetuo fere nunc in hanc, nunc in illam partem uolitat. Toto anno eandem patriam incolit. Arborum ramis fringillaginis instar sese adnectit et picorum more arbores perreptat. Sagax ipsi in uitae officiis *ingenium* Aristoteles adscripsit.

Aldrou. l.
12. Or-
nith. c. 43.

Arist. H.
A. l. 9.
c. 17.

CAPVT IV.

De Merope.

Meropis nomen Albertus picuiri, Niphus grallo suo, alii paro maiori, sed male imposuere. Conuenit illi auiculae, cuius uox multiplicem partitionem capit, ideo a *μερισμῶ ὄπος* dicta est quaeque Cretenibus *βελισσόφαγος* seu apiaster, Rasi alkenius uel alkerius, Alberto muscipula, aliis riparia, parra

et gangrena, teste Kiranidis interprete, dicitur. Magnitudine sturnum superat, merulis par est. Aristoteles hoc tantum de illa habet: pennas eius inferiores pallidas lesse, superiores caeruleas, ut halcyonis, postremas pinnulas rubras. Plinius Aristotelem secutus pallidum colore pennarum, superne

P 2

cya-

Descri-
prio.
H. N. A.

a Prob. in
L. Georg.
b Bellon. l.
de Avibus
s. 27.

cyaneo, priori subrutilo esse dixit. Aldrouandus et maris et foeminae descriptionem tradit. Mari rostrum est longum, durum ad instar falcis mesoriae arcuatum et quasi triangulum. Iris ita rubescit, ut aliam omnem rubedinem superet. *Foeminae* color ubique minus intensus. Tergus quodammodo uirescens. Linguam habet sublongam et gracilem, oris rictum tam amplum, referente Alberto, ut multas muscas in os eius humoris insidentes capiat. Vesculam fellis amplam humore uiridi smaragdi instar referentem.

Locus.

In Creta insula tam vulgaris est, ut nusquam non in ea conspiciatur, reperitur et in Italia. Graecis per continentem incognitam scribit Bellonius.

Vitus

e Arist. H.

A. l. 9. c.

40.

f Georg. l. 1.

g Arist. H.

A. l. 8. c. 1.

h Plin. H.

N. l. 10.

c. 33.

i Arist. H.

A. l. 9. c.

Volatus.

Vidit e apibus, ideo *f* Virgilius meropis nidum prope aluearia prohibet, et cicadis. Sed nec lampsaenae, caucalidis et raparum seminibus uel tritico abstinet. *Nidificat* in cauernis interdum *b* ad sex pedum altitudinem, interdum ad quatuor cubitos defossis. Et sex *i* aut septem pullos parit.

Volat gregatim circa montes, qui thymum ferunt frequenter et, cum reliquae aues quasi fursum ad oculos uersus uolent, ille retror-

sum caudam uersum eum exercet.

Vocem instar hominis quodammodo edit, qui ore in rotundum clauso sonet grul gruru, urubul et longe auditur. *Ingenium* et mores si spectes, migratoria est. Pullos, ne facile capiantur, de loco ad locum transfert et auctor est Aristoteles esse, qui confirmant, meropes parentibus senescentibus uicem reddere, imo eosdem, quam primum facultas datur, liberorum opera ali.

Vsus eius in medicina aliquis. Fel si cum gallis et oleo omphacino misceatur, firmam capillis nigredinem inducit. Frixa in oleo manus ab apum punctationibus immunes reddit, si credere fas est. Est et alius *merops*, quem Germani hircinam marinam uocant. Est superiore paulo longior et crassior. Rostrum habet nigrum, longum, acutum et proprius ad falcem mesoriam, quam in illa accedens. A rostro maculam nigram, quae per oculos retro ad colli initium usque defertur. Alarum pennae uariis coloribus insigniuntur. Primae caeruleae sunt. Secundae ex caeruleo et flauo mixtae. Tertiae omnino flauae, remiges nigrae et in extremitatibus rubrae.

CAPVT V.

De Regulo.

Regulus Graecis trochilus, orichilus, tyrannus, *σαλπιγίτης*, *βασιλίσκος*, *ρέβιλλος*, *τρίκκος*, *κόρταλος*, *βασιλίσκον* et tettigon, in Creta imprimis, aliis rex, senator, parra, bitricus et acalanthis dicitur, quae omnia nomina pasferi troglodyti communiter tribuuntur. Aristote-

a H. A. l. 8.

c. 3.

les *a* ipsi corpus non amplius tribuit, quam locustae et cristam e pluma elatiuscula rutilam. Quem Aldrouandus describit, a capite ad extremitatem caudae mensuratus uix palmum exsuperabat. *Cristam* in fronte erectam colore fere aureo gerebat, quae in mortuis non conspicitur.

Caput, collum, dorsum et mediae alae ex uiridi lutescebant. Remiges nigricabant et ad latera flauescebant. Prope earum exortum notabilis uisebatur macula. Guttur et pectus ex albo flauescebant, uenter candidabat. *Foemellae* pallidioribus capitis sunt conspicuae. Minores etiam ipsis cristae pennulae, quarum caput lineae crassa satis, uelut corona, eleganter ambit. In alis duas habent albas maculas, parua unam, longam alteram, cum mas hanc solam habeat.

Hyeme *degunt* in urbibus et foraminibus, reliquo tempore in syluis inter fruteta et iuniperos.

Ve.

Tab: 42

Iynx seu Troguilla.
Windhals Krimz.



Iynx Congener.



Passerculus Troglodytes.
Zinschlupffle.



Regulus. Zinkönig.



Certhia.
Barchengel.



Merops Congener.



Passer Troglodytes Armeniacus.

Merops.
Imbenfras.



Hirundo riparia.
Wasserschwalb spär.



Hirundo agrestis.
spär schwalb.



Passer Troglodytes Bellonij.

Hirundo.
Haus schwalb.



Vpupa.

Widhopf.



Apus. Geijr schwalb. Kirchenschwalb.





Vögel.
b. Arif.
Al. 8. c.

Genera
tio.

Vox.

c. Arif.
H. A.
c. II.



Vescuntur b uermiculis, quorum nomine muscae, formicae, cosfiet *Al. 8. c. 3.* similia insecta intelliguntur. Muscis adeo ingurgitari quidam dicunt, ut aliquando de uita periclitentur.

*Genera-
tia.* Bis anno pariunt et oua septem aut sex pisorum ponunt magnitudine. *Volant* solitariae et aliqui post migratrices recedunt.

Vox. Vox ipsorum zinzulare, ut auctori Philomelae placet. Magni et sicci in hyeme frigoris tempore praecipue cantant. Paruitatem corporis ingenii solertiae in ipsis natura pensauit. Ausu enim magno contra c aquilam pugnare conantur. *c. Aristot.
H. A. l. 9.
c. 11.* Cum se proxime quasi manu capiendas obrulerint, casu hominis conatu profugiunt. Multi uno specu in hyeme conduntur, ut paruus in tam minimis corporibus calor societate augeatur. Cum in ueruculo igni adponuntur, tametsi nemo uertat, tamen per se conuertuntur, scilicet, ubi ea pars, quae igni obuersa fuit, asfata est, altera, quae non est asfata, quia grauior, descendit. Motu insolito et cantu, quamuis suaui, gestientes, quia ariduli uaporosum aerem plausibiliter

excipiunt et aduentantem humiditatem, qua refocillantur, implorant, pluuias adfuturas denotant. Eaedem ingruunt, Arato teste, si caua terrae subierint. Vnde florico- *Aratus in
Phaeno-
menis.* mis hymenaeis in festos dixit Auienus, quia isti sereno coelo gaudent.

Datur et alius REGVLVS NON CRISTATVS, qui quandoque in agro Bononiensi capitur. Similis hic, cristam si excipias, superiori regulo. Rostrum eigracile, oblongiusculum, saturimo atro colore resplendens, interna capacitate et utraque mandibula, una cum linguis rubicundis. Vertex, collum, dorsum colore Baetico ad flauum nonnihil uergente. Oculi nigrescentes, quos plumae cinereae ambiunt. Alae et cauda exteriori superna superficie ex fusco ad spadiceum uergunt. Pectus, alae internae ac supremae caudaeque inferioris initium sunt flaua. Postici digiti unguiculus omnium est maximus, digitus a medio anticorum magnitudine secundus, duo caeteri antiqui minores et aequales inter se sunt. Macula alba, quam cristatus habet, in hoc non conspicitur.

CAPVT. VI.

De Passere Troglodyte et Asilo Aue.

Passer troglodytes, quem Aetius *σιλιπτιδα* uocat, etsi multo minor regulo, quod hic pluribus penis uestiatur, adpareat, duplo tamen plus carnis possidet. *Rostrum* habet longiusculum, acutum, superne fuscum, inferne albidum *lingulam* admodum exilem, bifidam continens. Ventrem, collum ac dorsum ex fusco ad spadiceum inclinate uestitum. Pectus cinereum. Caudam semper subrectam et albo colore interpunctam. *Vidit* uermiculis. *Nidum* saepius in syluis, aliquando in posticis aedibus et stabulis stramine rectis iuxta parietes domuum et sepes ex musco foris, ex plumis intus construit. Oui is erecti et in altero suo sine consistentis formam habet, in medio

latere ostiolum. Per hoc ingreditur et egreditur. Bis anno parit et oua nouem uno tempore deponit. *Volat* solus, nonnunquam gregatim, semper breuiter et, quoties aliam sui generis offendit, eam adgreditur. Mira ipsi, *cantus* inprimis, si cicuratur, (cicuratur difficulter) suauitas, quem Maio paesertim, saepe hyeme exercet. In festo triumphum cum omnibus, quos eo anno educauit, pullis cantillare Galli fabulantur. Cinis in puluerem exustitur. Cerebellum in diasatyrion recipitur.

Quem Bellonius pro *passere troglodyte* quemque Galli *fayette ronse* a colore fuluo uocant, ponit, *rusticillae* admodum est similis, paulo uero

uero minor, corpore oblongiusculo, rostro gracili et oblongiusculo. *Mas* magis, quam foemina rubet. Vix plus carnis obtinet, quam digiti extremum. Vnus tantum in eo color, qualis in luscinae cauda. Hyeme non uidetur. Nidulatur saepe inter dumos hortorum et in ramis cicutae, aliquando retro parietes in urbibus et pagis. *Nidum* ingeniose intus ex fetis equinis construit. Quinque plerumque *oua* edit eaque cinerei coloris nigro maculati.

ASILVS seu *οἰστρος* inter auiculas uermiuoras ab Aristotele nu-

CAPVT VII.

De Hirundinibus in genere.

Hirundo seu a uoce sua, ut Varro credit, seu ab haerendo, quod tectis aedium uel trabibus, ubi nidificat, adhaereat, dicta, a Graecis *χελιδων*, *χελιδω*, *κατίλλη*, *κεκρόπις*, *κωτίλλος*, *αττικωρα*, *αδωνις*, *κρίης* et *ολοθυόνα* uocatur. Vagam uolucrem Ouidius, Daulidem aem Plutarchus, Bistonis alitem Seneca, Pandione natam alii dixere. De generibus hirundinum non conueniunt auctores. Aristoteles a domesticas, apodes et falcuas agnoscit. ^{a Plin. in H. A.} Plinius b domesticas, rusticas, apodes et riparias. ^{b H. N. l. 10. c. 33.} Gesnerus c domesticas, syluestres et riparias. ^{c in Ornith. d Ex. 228.} Scaliger d uulgares nigras, subfuluas simili forma in ripis nidificantes. Quater illis grandiores, toto corpore atras, foedisima facie, cruribus breuissimis, crassissimis, hirtis et buteonis magnitudine, sed facie nullo modo ab his dissimili. Dan-

tur et albae seu, quod prae nimio frigore albescant seu, quod canescant ante tempus, f ut alia quaedam animalia seu, quod artificio tales euadant. Si quis albas, inquit Aldrouandus, g desideret, oua earum, dum cubant, oliua inlinat. ^{e Arist. H. A. l. 3. c. 12.} ^{f Arist. l. 1.} ^{g Ornith. l. 17. c. 6.}

Descriptione longa opus non est. Formae est gratae, nigredinis decentissimae, modicae carnis, plumarum multarum. Albedo totum

meratur, quanquam hoc nomen et insecto uolatili, quod equos infestat, tribuatur. Si ea est, quam Bellonius ob paruitatem philosopho ita uocari scribit et depingit, habet cristam capitis flauam, rostrum nigrescens, sed in his extremitatibus aliquando luteum, longiusculum et debile. Caudam, tergus, alarum plicas et extremitates lutea, crura, pedes et ungues nigra. Degit in umbrosis nemorum locis.

Vidit bestiolis uiuis et grana auersatur. Semper canit.

cingit uentrem, hinc *ποικίλη* Aristophani. Color caeruleus ad latera per caput alasque refulget, unde cyanea Simonidi. Rubedo sub gutture potissimum et pectore emicat. Vnde Ouidius:

neque adhuc de pectore caedis
excesere notae signataque sanguine pluma est.

Oculi eruti b renascuntur seu, quod pullorum acu puncti uisum recipiant, quod Aelianus i de alba in Samo nascente ab Aristotele proditum ait, seu, quod laceratis eorum oculis alii subnascantur, ut nonnulli prodidere. Cauda est bifurcata et longa. Pedes breues nigri et debiles. Interna si spectentur, k fel aliis uentri, aliis intestino adhaeret. Ventriculus ipsis longior. In dissecis pullorum, qui primo partu exclusi sunt, uentriculis, luna crescente, lapilli chelidonii dicti magicis narrati artibus reperiuntur. De colore non constat. Nigrum et album Trallianus, l candidum et rubenti colore m Plinius, uarium et paruum n Dioscorides prodidere. Aldrouandus unum intus albicantem, extra melinum, alterum subrubentem habuit. ^{h Plin. H. N. l. 12. c. 37.} ^{i Aelian. H. A. l. 2. c. 3.} ^{j Aelian. H. A. l. 17. c. 2.} ^{k Arist. H. A. l. 2. c. 67.} ^{l Trallian. l. 1. c. 15.} ^{m Plin. H. N. l. 11. c. 17.} ^{n Dioscor. l. 2. c. 49.}

In

Vfus.

Vfus ipsarum, pullorum inprimis syluestrium, in medicina maximus. Cor cum melle deuoratum quartanas pellit. Lapilli croceo linteo inuoluti linoque ad collum suspensi easdem tollunt. Caput matutino pascenti praecisum et luna plena lineo panno adalligatum capitis medetur doloribus. Idem lapilli, si manu singuli teneantur, faciunt, si Marcello credimus. Aqua hirundinum destillata epilepticos suble-

uat. Lapilli ad brachia adligati, si Sexto credimus, eosdem sanant. Nec male fimus cum aceto et castoreo a quibusdam iisdem exhibetur. Stercus cum felle taurino unctum capillos denigrat. Fel et sanguis mire caliginibus profunt. Idem, si tepido adplicetur, oculum ictu laesum restituit. Celebris nidorum in angina usus, sed et crematarum cinis eandem discutit.

CAPVT VIII.

De Hirundinibus in specie.

ARTICVLVS I.

De Hirundine Agresti et Riparia.

*Plin. H.
N. l. 10.
c. 33.*

*Idem
ibid.*

Hirundo *agrestis*, quam Plinius *rusticam* uocat, in capite, collo et dorso hirundinis domesticae est colore. Sub rostro, gutture et toto uentre ad caudam usque candicat. Pedes habet pennis obsitos. Sed et maculam prope caudam albam tantae magnitudinis, ut, dum uolat, nihil in ea nigredinis, caudae extremitates, caput, alas et dorsum si excipias, adpareat. His notis a domestica distinguitur. Caudam quidem etiam bifurcatam habet, sed longissimis illis, quae in domestica uiuuntur, destituitur. Rarae sunt in domibus. Diuersos figura, sed eadem materia confingunt nidos. Totos supinos, faucibus porrectis in angustum, utero capaci, mirum, qua peritia et occultandis habiles pullis et substernendis molles. In Aegypti Heracleotico ostio molem continuatione nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt, stadii fere unius spatio, quod humano opere perfici non posset. In eadem iuxta oppidum Coptom insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus diebus uernis, palea et stramento, rostrum eius firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, ut multas in opere emori constet. Ea militia illis cum anno redit semper.

RIPARIA Marcello Empirico ripariola, Gazae falcula, Graecis drepanis dicitur. Foemina prone praeter pectus candicat, supine fusca est, mas uero magis nigricat, collo toto, praeterquam sub rostro, ubi macula est, lutescens. Hoc tantum cum hirundinibus omnibus commune habet, quod pedibus sit curtis, multum uolet et insecta in uolatu capiat. *Nidos* non faciunt. Ripas excauant atque ita internidificant. Aldrouandus inlatis tantum plumis et stramentis nidulari audiuit. Aestate tantum adparent mense Augusto, cum sol est in leone et cum imber incessit. Eo tempore pariunt cumque pulli conualuerint, moriuntur. Plinius migrare multis diebus, antequam futurum est, ut amnis auctus attingat eius nidum, auctor est. Huc refer hirundinem **MARINAM** aucupibus Italis dictam, quae corpore est maior, pedibus longioribus, uentre toto ad pectus usque candicante, capite, alis et dorso fuscescentibus. Rostro robusto, nigro. Rictu maximo eoque coccineo. Cauda bifurcata, pedibus aterrimis. A rostro per oculos ad pectus fere usque notabilis linea atra defertur et, uelut torquem, prope pectus constituit.

NB. *De hirundine exotica uide mantisam.* Num. 11.

ARTI-

ARTICVLVS II.

De Apode.

Apos aliis *κύπελος*, nonnullis *birundo marina* uocatur. Est toto corpore plumis egregie munita, unius coloris, qualis in murium pilis conspicitur. Caput habet supra admodum latum, collum breuissimum, rictum adeo amplum, ut integros scarabeos deglutiat, rostrum exiguum, nigrum, alas longas, caudam bifurcatam, crura breuiuscula ad digitos usque pennis obfita, ad rependum potius, quam insistendum facta. Digitos utrinque binos, ut in picis Martii, unguibus acutis armatos, quibus, quod rapuit, adeo constringit, ut id perfodiat. *Visit* infectis per aera uolantibus eaque, nisi uolans, capit et edit.

Oculorum uero acie ita ualet, ut per mille passus muscam obseruet et subito insequatur. *Volant* plurimum et gregatim, arcus tenfi figura, saepe alas non mouendo. Haec sunt, quae toto mari cernuntur nec unquam tam longo naues tamque continuo cursu recedunt a terra, ut non circumuolitent eas apodes. Caetera genera residet et insistent: his quies, nisi in nido nulla, aut pendet aut iacent. Nidificant in foraminibus turrium. Visae et in speculis et abruptis fluminum litoribus. Foetus earum Bononiae magno uacneunt.

CAPVT IX.

De Vpupa.

Vpupam auem, quae Graecis communiter *ὑποψ*, Orus cucupham, alii *σιήτην*, *ἀλεκτρυόνα*, *γέλασον*, *κυκυφάν*, phylincopeteron, agriopetion et *ἀγριοκόκορον* adpellant. Magnitudine a paululum cornuticem excedit. Color in ea cinereus albus et nigricans, quem mutat autumnino inprimis. Vnde apud Aeschylum *δύο μορφῆς φάνειν* dicitur. *Rostrum* ei nigrum, rotundiusculum, falcatum, parumper a lateribus depressum. *Capiti* plicatilem *b* cristam, *τριλοφίαν* Graeci dicunt, ex uiginti sex plumis constantem dedit natura, quae per medium caput a rostro refidet et per capitis longitudinem pro auis arbitrio subrigitur et contrahitur. Hinc *μακροσίκερανος* et *κορυθαίολος* poetis cognominatur. Fit id beneficio *c* musculi, qui inter uerticem capitis et rostri initium in quodam cauo locatus totus continuus a uerticis extremo et frontis carnosiore initio nascitur et utrinque supra nares infima parte carnosior et rubicundus extima et suprema, cui cristae plumae profunde implantan-

tur, membranofus magis, ac cutaneus definit. *Lingua* ipsi parua, trigona, initio lata, extremo instar aequalium laterum trianguli acuta, in profundo latitat. *Aspera arteria* initio diuarcationum, quibus in pulmones utrosque finitur, duo, uelut oscula, extrinsecus laryngis uicem suppletia exhibet, quibus pellicula tenuissima praetenditur. Anuli semicirculares in utrumque latus terminati nequaquam interna parte coeunt, sed tota interior facies hiat, subtilissima membrana obtenta tantummodo conoperta, quae, aere et spiritu copioso uocis efformandae ac edendae gratia concepta, in amplum distendi potest.

Montes et syluas incolere Aristoteles *d* testatur. In sepulcris et humano stercore commorari Isidorus. Rarius arboribus insidere, saepius in terra maxime, ubi immundities est, experientia. Plurimo anni tempore in montium angustis et arborum cauis locis latitat. Ideo uerno tempore de plumis solet conspici.

Q

Vesci-

Vitus. *Vescitur* myrti baccis, uermibus, formicis, muscis. Vitis saepe tam immodice, ut ebria euadat. De *nido* non conuenit inter auctores nec sibi constat Aristoteles. Gesnerus sub stipitibus arborum. Olaus M. *e* in paludum tuberibus nidificari tradit. Hic *f* modo nidum luti uice stercore humano seu, ut intolerabili odore foeditate homines ab eodem fuget seu, ne nenenata ad eundem animalia accedant, circumlinire, modo stipites arborum subire et sine ullo instrumento in cauis parere scribit. Terna *oua* perdicum similia, *g* sed minora, duriora, aspectu deformiora et odoratu grauiora parit.

Volatus. Lente admodum uolat.

Vox. Vox ipsi per aestatem alia, alia per hyemem, si Alberto credendum, si Polluci *h*, *πριζι* semper, si poetis, *πρ πρ* semper clamat. Si gemit, pluuiam indicat. Si clamat, uulpem in uepretis haerere innuit. Si

ante uitium tempus canit, insignem uini copiam praenuntiat,

Ingenio non destitui certum, si ex *Ingenium*, uuarum esu ebria adiantum herbam ori inferere et circumambulando sibi mederi, gramen aduersus *Βασκανίαν* edere, clausum nidum herba quadam, prodente i Aeliano, aperi- *i Aelian*, re uerum est. Senescentes inter pul- *de Ani-* los iam adultos plumas deponunt *malib. l. 3,* et uisum amittunt. Ab iisdem, do- *c. 26.* nec uires recuperent, pascuntur. Visus admota herba restituitur.

Inuenit et in *medicina* usum. Cor *Thi.* in lateris doloribus laudatur. Mira in somniisuidebis, si sanguine tempora inleueris. Lingua obliuiofo suspensa prodest. Pennarum suffusus uermes expellit. Corium capiti impositum dolorem sedat. Ala dextra cum dente hominis ad caput dormientis suspensa non expectigisci, donec auferatur, sabulam esse credo.

CAPVT X.

De Paris in genere et in specie.

Parus aegithalus, parix et parula dicitur. Tria eius *genera* agnoscit Aristoteles, plura adiciunt alii. Omnibus iuxta oculos maculae albae sunt. Vnguibus etiam omnes reptare et facile, ubi uolant, adhaerere possunt, ita ut nucem e filo illis suspensam adhaerescerent comedant.

Locus. Semper fere in arboribus degunt, raro terram petunt. Ad Belgas et Anglos quotannis sub initium Octobris accedunt.

Vitus. *Vescuntur* muribus, cute tantum detracta. Obiectis uermibus, apibus, nucibus, cannabino semine, quod, dum rostro perforant, sonum fabri malleum in asserem adigentis excitant. Sebum eis exhibetur, ut lentore fauces demulceantur et suauius canant.

Genera- *Nidificant* in cauis arborum quidam, nonnullae nidos de arborum ramis miro artificio suspendunt. *Oua* plurima edere scripsit Aristote-

les. Gregatim et impetuose uolant, *Arist. H.* Tinnire per noctem auctor Philome- *Al. 9. c. 15* lae scribit. Veniunt apud Heluetios in cibum et regium morbum patientis aspectu in se, si nonnullis credimus, recipiunt.

Species parorum sunt maior, palustris, syluaticus, ater, caeruleus, caudatus et cristatus.

PARVS maior Aristoteli *αἰγίσθα* *Alou. l.* *λὸς σπίζης*, Turnero et Longolio *17. Or-* parus carbonarius, Gazae fringilla- *nith. c. 13* go uocatur. Coloribus quinque uiridi, luteo, albo, nigro et caeruleo elegantissime uariat. Caput integit uitta prae intenso nigrore instar corui resplendens. Tempora et oculorum ambitus alben. Lingua extrema in duas partes fissa est, quarum utraque denuo in exigua quasi capillamenta subdiuiditur. Cauda est bifida, partim cinerea, partim nigra, cuius extremas utrinque pennae duae exteriori parte candent. Propter cantus suauitatem alitur eumque per totum

enium.

elian.
Ani-
lib. 1, 3.
16.

15.

ift. H.
19. 11

draw. 1.
Or-
16. 6. 13





Alar
and
nirbo
12. c.

tum continuat. Puluerizatus colicos et nephriticos cruciatus tollit.

PARVS INDICVS tribus potissimum coloribus, oculos si excipias, caeruleo, albo et nigro constabat. Guttur, pectus et totus uenter candicabat. Vertex capitis et collum coloris erant caerulei diluti. Pedes nigerrimi.

PARVS PALVSTRIS in agro Bononiensi paronzino, Bellonio quartum pari genus, Turnero schoenicos Aristotelis dicitur. Capite est prorsus nigro, ut a Gesnero describitur, pectore et uentre albicat. Dorso et cauda frigesceat, crura sunt rosea.

STLVATICVS macula per medium uerticem rubente est conspicuus, partibus utrinque nigris, cruculis fuscis, alis nigricantibus, reliquo corpore uiridis, uentre dilutius.

ATER, qui et *carbonarius*, albam maculam infra oculos habet, aliam in occipitio, caput nigrum, uentrem luteum, crura fusca.

CAERVLEVS ab Aristotele tertio loco et absque nomine peculiariter positus, quod solus caeruleo capite sit insignis, ita dicitur.

CAVDATVS Aristoteli *ορεινός*, Bellonio monticola, aliis, sed male, *ανώνυμος* uocatur. Niger est parte prona, albus supina, in mediis alis rubet, circa imum uentrem dilutius. Vertex ei albus, rostrum fuscum, cauda bifurcata et tantae

longitudinis, ut retro per tergus super caput posita hoc longitudine sua uincat. In foemina omnia sunt pallidiora et color tergoris in mare castaneus, in hac ferme fuscescit. *Incolit* montes et syluas et raro, nisi frigido tempore, inuenitur. *Vescitur* uermibus, araneis et similibus animalculis. Sed et arborum germina principio ueris amputat. Nidum struit inter frutices, duos fere palmos cum dimidio longum ex musco et araneorum filis compositum, aditu semper angusto.

Species, quae *mourier* Gallis audit, rotundum aditu gemino ad arboris alicuius truncum suspendit et multa oua parit. Visus ex lanugine illa, quae in salice uetusta et populo, extra ex lino aut cannabe exstructus. Quem Aldrouandus a presbytero quodam Colonienso descriptum exhibet, auicula est Wyntepfker, quasi uini promum Colonienso dicunt.

Volant pari caudati inuicem et modo hanc, modo illam petunt arborem. *Vox* ipsis non ita incondita, altum uero, ueris inprimis tempore, clamant. **CRISTATO** magnitudo est paro maiore minor, montano par. Caput cum paucis punctis albis nigrum, crista retro extensa, corpus pronum fuscum, pectus album, crura cinerea. *De-*git circa abietes et iuniperos.

CAPVT. XI.

De Motacillis et Muscicapis.

Motacilla Hesychio *κιλλερος* et *σεισπονης* a motitatione caudae dicta, a quibusdam cauda tremula uocatur. Commune omnibus muscis uesciet circa aquas et pecora ideo uersari: combustarum puluerem contra lapidem uesicae uehementer laudari Fauentinus et Massa reliquere. Species ipsarum sunt *alba* et *flaua*, ad quas *spipolae*, *spardae* et aliae *muscicapae* referri possunt.

ALBA, quae et communis Gazae albicula, Bellonio Aristotelis

cnipologus, sed forte male, auicula est oblonga, uertice, collo superiore et pectore nigris, dorso cinereo, rostro longiusculo, tenui, nigro, gula candida, uentre toto candido. Foemella uertice est cinereo, gula lutescente, caetera mari similis. Versatur circa aquas, saepe et aratrum uermium causa sequitur.

FLAVA duplex est. *Alteri* caput proportionem paruum, fuscum, rostrum longiusculum, nigricans. Cranium mollissimum, alae breues, uen-

ter cum paucissimo luteo albicans, qui color initio caudae inferius intensior est. Pennae in alis nigricantes, in medio per transversum albae, extremae totae nigrae, cauda bifurcata, reliquo corpore longior. Ab accipitre persequente si evaserit, egregie cantare dicitur. *Alteri* rostrum gracile, atrum, in extremo parum recurvum, flauedo a gula ad podicem usque praecedente intensior. Caput et dorsum ferruginei ferme coloris, mentum albicante macula, velut barba cana, uestitum.

SPIPOLARVM, ut aucupes Bononienses adpellant, tres describit Aldrouandus species. *Vna* habebat caput leucophaeum, albam submento maculam, pectus rubicundum. Dorsum cinereum, ventrem ex rubicundo et albo uarium. *Altera* pectus maculis fuscis deorsum descendentibus interstinctum, ventrem albescentem, maculam retro ad oculos maiusculam ad ferrugineum accedentem. *Tertia*, cui et boarinae nomen, tota erat ex albo lutescens, rostro et pedibus fuscescentibus.

STOPAROLAS idem exhibet binas, unam pectore et ventre fere candido. Capite, quod maculis

nigris in uertice conspergitur, collo, tergore, cauda subfuscis, *alteram* rostro oblongo, recto, supra tamen parumper *decliui*, superius nigro, inferius corneo, collo, pectore et ventre pallidis, oculis exiguis.

MVSCICAPARVM, quae forte l. 18. Or. Oppiano, quod circa boues uolitant, *βυδύται*, plures exponuntur c. 28. ab eodem species, ex quibus illa, quam pigliamosche aucupibus Italis uocari scribit, in collo maculam albam, velut torquem, habet, in medio alarum aliam, *altera* magnanima quasi munus fabri obiens dicitur forte, quod rostro sonore tundat, dum muscas capit. *Tertia*, quae Gesnero glarea, cruribus roseis et ante hyemem auolat. *Quarta*, quam Germani *Eodenvogel* uocant forte, quod, imminente pestilentia, sint frequentiores, solitaria est et per arbores irrequieta uolitat. *Quinta* Gallis *mouchetolle* dicta, quae passeri adeo similis est, ut non, nisi moribus, dum uiuit, et rostro, cum mortua est, ab eo distinguatur. In syluis et dumetis latitat et crura habet rosea. Quidam linariis eas comparant, Geinerus eandem cum sua *prunella* esse coniicit.

CAPVT XII.

De Rubetra, Rubecula, Pyrrbula et Phoenicuro.

Arist. l. 8. H. A. c. 3. Scalig. ad l. 8. H. A. Quae Aristoteli Graece *Βατίς*, illam Gaza Latine RVBETRAM, Scaliger rubicolam transtulit. Non conuenit de ea inter auctores. Niphus Italorum *baradam* esse opinatur. Germani quidam turdorum minimum genus, quod rubi fructu uiscitat. Longolius linariam seu miliariam. Turnerus Anglorum *moretetteram* aut *stonchatteram*. Bellonius Gallorum *traquetum*, quod continuo alas motit. Si hunc sequimur, fringilla paulo minor est. Capite supremo nigricat, unde *melanocephalos* Cretensis dicitur. Collum et dorsum habet cinerea. *Mas* a foemina di-

screpat, quoniam uentre candicat, dorso, capite et collo albicat, gerit et albam per alas lineam. In Graecia, Creta et Gallia continuo, migratoria enim non est, uisitur et semper dumetorum cacuminibus infidet. Vnde forte ei apud Graecos nomen nec ad pagos uel uicos propius accedit. Solitudine gaudet et gregatim duntaxat, dum soboli intenta est, uolare conspicitur. *Nidum* tanta struit industria, ut difficulter, quo intret uel exeat, inuenias.

RVBECVLA, quae Graecis *ερίδα- Hesch. et nos, ερίδης, ερίδης, ερίδα et δανδαλός, Phavorin. Lex.* Gazae etiam syluia, pectore est aurantio ad ferrugineum accedente, lin-



Parus sylvaticus. Waldmafs.

Parus ater. Kohlenmafs.



Parus cristatus.



Parus caudatus. Fuch. Montivole.



Kohlenmafs.



Motacilla flava. Gelber Wasser. fisch.



Motacilla mar.



Stoparola.



Borin. Genua.


Spizella alba.

Stoparola.



Boarina.







Grus: Kranich
Pluimas



Grus Balcarica



Grus Japonensis



Grus Crispa



Grus Balcarica
femina



Anas selte species



Porp
1. de
fin.
aniz.

Aldr
Orni
17. c
12.
Scalig
1.8.
Arist.
4.

Plin.
N.L.
42. c

lingua bifida, cauda duodecim pen-
nis instructa, quam saepe motitat,
postquam submiserit, absque tre-
more statim erigit et sic eius pulli a
phoenicuri seu rutilillae foemina et
pullis, quibus ita similes sunt, ut uix ab
oculatisimo dignosci possint, quae,
simul atque caudam mouerint, non
cesant, donec ter aut quater simul
mouerint, dignoscuntur. Aestate
cum prole ad desertissima quaeque
loca secedit, cum rutililla compa-
ret. In fine autumnii perfectam in
pectora rubedinem nata ad oppida
et pagos confugit, quo tempore
rutililla delitescit. Nunquam fere
in eodem saltu, nisi una reperitur, un-
de Phauorino *ἀρεον μονήρης καὶ μονότρο-
πον* et natum inde illud: una arbor
non capit duos erithacos. *Voce*
homines imitari prodidit Porphy-
rius. Si caua terrae subierit, plu-
uiam praedicat. Merulam amore
tanto prosequitur, ut noctu fere in
proxima arbore prope eam quiescat.
Dicitur et morbo comitali esse ob-
noxia.

Porphy. l.
1. de Ab-
stin. ab
animal.

Aldrou.
Ornith. l.
17. c. 31.
12.
Scalig. ad
l. 8.
Arist. H.
A.

PYRRHVLA seu rubicilla,
Scaligerobyrriola, passeris est magni-
tutudine, gula, pectore et uentre
miniaceis seu purpureis (foeminae
pectus totum castaneo cinereo co-
lore diluitur) rostro breui ac lato
bituminis instar splendente, trigo-
no ferme. Lingua pro corporis ma-
gnitudine latiore et crasfior, cuius
pars extrema, quae palatum tangit
et sapes diiudicat, carnea est et
nuda, reliquae cornea pellicula ob-

teguntur. Degit aestate in monti-
bus et syluis, sub hyemen ad plana
descendit et facillime capitur. Co-
lorem per totum annum seruat. *Ve-
scitur* uermiculis, sed inprimis femi-
ne cannabino et primis illis arbo-
rum, mali praesertim et piri, gem-
mis, quae ante folia et flores erum-
punt. Sed et nucibus ac acinis ru-
bentibus sambuci aquatici et folani
perpetui delectatur. *Nidulatur* in
sepibus et quatuor oua excludit,
Voce fistulam imitatur etiam foemi-
na et omnes cantus auium canendo
et sibilando exprimit, forte et hu-
manum sermonem.

PHOENICVRI seu rutilillae, *Arist. l. 9.*
quam Aristoteles et Plinius cum eri-
thaco confundunt, plura fortassis
sunt genera. Turnerus enim caput

H. A. c. 49.

scribit ei esse nigrum, Gesnerus ma-
cula alba insigne. Aldrouandus
quatuor diuersas obseruauit, binas
iisdem ex Gesnero adiecit. Tota
aestate nobiscum degit, hyeme auo-
lat aut se abscondit. *Vescitur* mu-
scis, nucleis iuglandium concisis,
ouis formicarum et araneis. *Ni-
dulatur* in arborum, murorum et
posticarum aedium, ubi hominum
minor frequentia, cauis. Bina aut
terna oua parit. Cuculi pullum, qui
aliquando in eius repertus fuit ni-
do, alit. In sublimi aliquo aedifi-
cio, primo inprimis diluculo idque
ueris tempore canit. Hyeme et, pul-
lis exclusis, fileat. Inter incuban-
dum praetereunte aliquo
clamitat.

CAPVT XIII.

*De Antho, Canneuarola Bononiensium, Oenante,
Lusciniola.*

ANTHI auis, quem florum Ga-
za uertit, facit mentionem
Aristoteles eidemque fringillae ma-
gnitudinem, pedes fissos, pulcrum
colorem, domicilium circa aquas
et pecudes, uictum ex herbis et uer-
miculis facilem, oculorum imbe-
cillitatem, hinnitum equorum,
quem herbae pabulo aduentu ipso-

Plin. H.
N. l. 10. c.
42. et 74.

rum pulsa imitatur ad hunc mo-
dum se ulciscens, odium cum spino
et aegitho tantum, ut sanguinem
eorum credant non coire multisque
ob id ueneficiis infament, tribuit.
Quaenam illa hodie sit auis, non
conuenit inter scriptores. Bellonius
illam, quae Gallis bruant dicitur,
esse credit illamque fringilla esse
maio.

Q3

maiores, mares fere lutescere, cauda flauescere, cruribus et pedibus nonnihil rubescere, circa altas et proceras arbores procul a pratis disitis uersari, plerumque cannabino semine uesci, ad minimum quinque pullos excludere, dum uolat, strepitum edere scribit. Aldrouandus, qui modo descriptam auem chloridem esse putat, spipolam esse iudicat, cum et pulcra sit et omnia fere ea, quae antho Aristoteles adscribit, admittat. Circa amnes, inquit, et prata uliginosa degit et, si ab equis ibi pascentibus pellatur, aufugit quodam cum garritu, quo hinnitum equi quodammodo imitari uidetur. Gesnerus denique illam auiculam, quam circa Argentoratum Gaulamer uocant, Aristotelis anthum esse conicit.

CANNEVAROLA Bononiensium, quod in uiridi crescenteque cannabe et niduletur et degat, sic dicta, Germanorum Crasmucho et Anglorum titlingae, si Aldrouando credimus, per omnia similis est. Lusciniam tam exacte corporis figura exprimit, ut, nisi paulo esset minor nec tam rufesceret, prorsus eadem uideretur. Tota parte prona, gula nempe, pectore et uentre ex albo flauescit, supine capite, collo, dorso et alis ex luteo fufcescit. Rostrum habet lutescens longiusculum. Caput planum. Caudam breuiusculam infra lutescentem, supra ad ferrugineum uergentem.

OENANTHE Aristoteli et Plinio memorata Gazae uitiflora seu uitifera uel a colore simili uuis germinantibus uel, quod uini tempore adpareat uel, quod uuis delectetur, ita dicitur. Abdit se sub caniculae exortum, eadem occidente, conspicitur. Vitat interdum

frigus, interdum aestum. Quae nam sit auicula, ambigitur. Bellonius illam esse credit, quae Gallicul blanc, Italiculo blanco dicitur. Auis est sittae magnitudine, rostro, alis, cruribus et caudae extremitate nigris, dorso cinereo, lingua oblonga ac plana, pedibus paruis, cruribus oblongiusculis. Quia, quicquid sub uentre infra et supra uropygium et anteriorem partem caudae album est, cul blanc uulgo uocatur. *Versatur* in paruis dumetis neque in *uolatu* perseuerat. *Nidulatur* in foraminibus ueteris maderiae, quandoque etiam in lapidicinis, quin et in terra, ubi bos aut aliquod iumentum uestigium impressit. *Vescitur* erucis et uermibus terrae. Plures couli blanci descriptiones apud Aldrouandum uide.

Quam Bellonius **LVSCINIO-LAM** adpellat, auis non est obuia. Pectore, capite, dorso et collo coloris est cinerei. Pennae alarum et caudae fuscae, rostrum acutum, subnigrum, gracile, in extremo et intus aureum, celeriter per terram cursitat. Numerose, quando aestus ingrauescit et potandi gratia in palustria sese conferunt, capiuntur. Huc refer illam, quam acupes Itali *giarolam* uocant, magnitudine alaundae. Rostrum habet fragile, intus rubicundum. *Ridum* admodum amplum. Verticem, collum, dorsum et alas coloris uarii. *Lingulam* bifidam. *Caudam* adeo breuem, ut uix ulla adpareat illamque bifidam, uariam angustissimis plumulis compositam. In pedibus posticus digitus admodum longus, paris longitudinis unguem adnexum habet ita, ut ambo pollicem expleant isque primum rectus fere totus, extremo tantum admodum exiguo unco modice inflexo armatur



TITVLVS II.

De Insectiuoris Canoris.

CAPVT I.

De Luscinia.

Nomen.

Inter insectiuoras canoras primum *Lusciniae*, alterum *hypolaidi*, tertium *atricapillae* locum tradimus. Causa in uoce patebit. Illa Graecis *αἰδων* et *αἰδώς*, Latinis seu, quod in lucis canat seu, quod ante lucem seu, quod lugens luscinia, sed et acredula, uolucris Attica, ales Daullia, Pandionia etc. dicitur.

Descriptio.

Arist. H.

A. l. 9. c.

15.

Plin. H.

N. l. 10.

c. 29.

Formam non est, quod describam, cum ubique sint obuia. *Linguae* summo acumine caret nec tenuitatem illam primam habet, quam caeterae aues atque hoc illi cum atricapilla commune intercedit. *Mari* foemina corporis habitu similis, aliquando tamen ad cinereum uergens, quod et iunioribus competit. Illa, quam Schwenkfeldius maiorem uocat, tota fere cinerea est et parum rubedinis obtinet. *Sexum* male ex corpore coloris, mole, oculo dextro, qui mari maior dicitur, conlegeris. *Mares* adulti uere capti, quod tum in uenerem ruentibus genitalia turgeant, sese produnt, extra id tempus, quae frequentes et modulatos edit cantus, qui continuo spiritu in longum trahuntur, quae unico saepe insistit pedi et diu immobilis permanet, mas est. Cur sitat per caueam foemina et cantum breuem concisum ac intermissum promit.

Locus.

Locus ipsis diuersus. In syluis quaedam uitam agunt, quae maiores sunt forte, quia se in his tutiores a serpentibus credunt, in sepiibus quaedam, nonnullae montana loca amant, palustria nonnullae, plana aliae. Hybernia iis caret, si Botero credendum, Batauia, si aliis, imo mori inlatae dicuntur. Athenis tanta ipsarum copia, ut philomelam Atticam poetae finxerint. Sunt et prope Arduennam syluam plurimae. Aestate adulta non diu

adparent et sub autumno usque ad dies uernos conduuntur. Maximi uaeneunt, quae in caueis hyemem pertulere. *Cibus* eis uermiculi, sed imprimis formicae et illarum oua. In caueis duris ouis et mica panis uescuntur.

Nidum uere mense Maio uel etiam prima aestate, quandoque humi sub

Parrus.

Arist. H.

A. l. 5. c. 9.

sepiibus et arborum truncis, aliquando in ipsis fruticibus uiridibus et densis ex foliis arborum, paleis et musco oblongiusculum construnt. Cum plurimum fena oua pariunt et, dum incubant, a cantu, si Aristotelem sequimur, cessant, si Albertum et alios, luscinia peruigil custos, cum oua quodam sinu corporis et gremio fouet, infomnem longae noctis laborem (solam ex omnibus somnum negligere καὶ διατέλεις ἀγρυπνείν Hesiodus apud Aelianum auctor est) cantilenae sua uitate solatur, quo possit non minus dulcibus modulis, quam fotu corporis, oua animare.

Cantum et uocem earum, quam *εὐσημεῖν* Pollux uocat, Sidonius *gibulare* dicit, Plinii uerbis explico. Luscinis, inquit ille, diebus ac noctibus continuis xv. garrulus sine intermisu cantus. Densante se frondium germine, non in nouissimum digna miratu aue. Primum tanta uox tanto in corpusculo, tam pertinax spiritus. Deinde in una perfecta musicae scientia modulatus editur sonus et nunc continuo spiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur reuocato, infuscatur exinopinato. Interdum et secum ipse murmurat plenus, grauis, acutus, creber, extentus, ubi uisum est, uiibrans, summus, medius, imus breuiterque omnia tam paruulis in

Parrus.

Sidon. E.

pist. l. 2.

Plin. H.

N. l. 10.

c. 29.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

c. 20.

faucibus, qui tot exquisitis tibi-
arum tormentis ars hominum excogita-
uit, ut non sit dubium, hanc suaui-
tatem praemonstratam efficaci au-
spicio, cum in ore Stefichori ceci-
nit infantis. Variant tamen. Nam
in palustribus, relaxante instrumen-
ta uocis humiditate nimia, tam so-
norae non sunt. In Hispaniola et

Martyr.
in Hist.
Occid. Ind.
† Pansan.
in Boeotic.

Adfectus.

Amicitiam et cum phoenicuris co-
lunt, cum quibus etiam coire cre-
duntur et cum auiculis mollioris ro-
stri, ad quas caueis inclusas aduo-
litant. *Inimicitiam* cum collurio-
ne, qui uisco implicatas capit, ac-
cipitre, qui eisdem infidiatur et uipe-
ra, a cuius suppositae oculorum
fulgore in certissimam perniciem
trahuntur, descendentes enim pau-
latim ex arbore in praedam ipsi ce-
dunt, ut Merula scribit, quod ta-
men Cardanus negare uidetur,
exercent. Inter *adfectus* corpo-
ris praecipua pinguedo. Saepe
adipis mole obrutae extinguuntur.
Si aliquo alio liberos conripi con-
tingat, formicarum ovis sibi ipsis
medentur.

Merula
in Mira-
bil.

Cardan. l.
de uar. rer.

Ingenium.
Apud Ne-
mesian.
Ecloga. 2.

Ingenium singularis in herum ci-
curatarum fides, saepe emissa, (ta-
le Alcon Donaci se dono dedisse ca-
nit:)

scit rursus remeare domum te-
rumque subire

uiminis et caueam totis praepo-
nere syluis,

imo multae uenditae uel dono datae
aliis prioris domini desiderio con-
tabescentes commoriuntur et ob-
stinatus libertatis amor, (si adultae
caueae includantur, cantus et cibi
abstinentia pro seruitute uenato-
rem, teste Aeliano, silentio ulciscun-
tur) testantur. Cantus maxime et

Aelian. in
uariis.

docilitas. Simplex ille, si in soli-
tudinibus degunt, uarius et multo
apparatu compositus, si in audito-
res inciderint. Non φιλομάσους dun-
taxat, sed et φιλοδόξους cum Char-
mide Atheniensi agnoscas τὸ κερὰς
εὐρίπτε το μέλος. Nec minor poste-
ritatis cura. Meditantur aliae iu-
niores uersusque, quos incitentur,
accipiunt. Audit discipula inten-
tione magna et reddit uicibusque
reticent. Intelligitur emendatae
correctio et in docente quaedam re-
prehensio. *Docilitas* mira. Caesa-
res iuuenes habuere Iuscinias Grae-
co atque Latino fermone dociles,
praeterea meditantes in diem et assidue
noua loquentes longiore etiam
contentu. Visum iam saepe iustas
canere coepisse et cum symphonia
alternasse, sicut homines repertos,
qui sonum earum addita in trans-
uersas harundines aqua foramen in-
spiraates linguaeue parua aliqua
opposita mora, indiscreta redde-
rent similitudine. Fuere tres Ratis-
bonae anno M. D. XLVI. quae intra
noctis silentium, quicquid interdiu
ab hospitibus conloquentibus inau-
dierant, Germanico fermone ita
promere solebant, ut ab audien-
tibus optime intelligerentur.

De ipsarum in cibo usu non est,
quod multum dicam. Plumis nu-
data uox est praeterea que nihil, ut
Lacon ille apud Plutarchum dixit,
Adpositam fuisse in centenaria illa
Aesopi Tragici, cui quendam ci-
uem Romanum donatione unica
XM. aureorum dedisse legimus, pa-
tina, exinde conligas, quod centum
auiculis, quae cantu aliquo excel-
lerent, constaret. Arrii etiam filios
magno conemtus esitasse Horatius
testis est. *Medicinam* si spectes,
cancrorum oculi cum Iusciniae car-
nibus in ceruina pelle adligati uigi-
liam praestant fugato somno. Fel-
cum melle inlitum uisum perfe-
cte acuit, ut uult Kiranides.

Plin. H.
N. l. 10.
c. 42.

Gesner. in
Ornithol.

Plutarch.
in Apoph.
Lacon.

Horat. l. 2.

Serm. Sa-
tyra. 3.
Plin. H.
N. l. 32.

Fel.
c. 10.
Aelian. l.
1. H. d.
c. 41.

CA.

De Hypolaide et Atricapilla.

HYPOLAIDEM seu currucam Aristoteli debemus, qui quidem cuculum in eius nido parere scripsit, sed, cum corporis formam non addiderit, par fere de ea, ac antho inter scriptores concertatio. Niphus cantu et magnitudine philomelam imitari et, quod in oculi equi mortui concauitate nidificet, hypolaيدا uocari scribit. Bello-nius lusciniæ in cantu similem, Gallis fanette brune facit. Turnerus titlingam seu lingettam Anglorum, quae lusciniæ minor est, colore sub-uiridi. Culices et uermiculos in ramis arborum sectatur, raro humi consistit, hyeme non cernitur, cuculi pullum pro suo educat et sequitur, esse et Germanis passerem gramineum *Grasmusche* seu *Grasmuße* uocari reliquit. Geinerus dictionem Germanicam *Grasmusche* per metathesin a Latinorum curruca factam esse coniicit et quatuor eius genera facit. *Maiores* uel colore sunt fusco prae caeteris canorae. Circa lacum Verbanum piccasigas, id est, ficedulas uocant, uel pectore albo, capite cinereo. Ex lino nidum struunt. Atricapillis maribus caput prima aetate rubet, deinde nigrescit, foeminis semper rubet. *Minores* uentrem album, oculos albicantes habent, inter sepes fere degunt et hyeme discedunt. Eliota Anglus passerem sepium esse putat, quem Turnerus passerem troglodytem interpretatur, Germanis *Zaun-schlüpfe*. Aldrouandus nullam obseruauit, cui proprie illud nomen conuenire existimaret. Shwenkfeldius *επιλαίδα* Graecis, andothiam Alberto dici opinatur et supina parte totam cineream, prona albidam, partim dilute cinereo colore respersam, uertice punctulis nigris maculato describit. Secundum eundem *nidum* inter gramina rotundum suspendit. *Oua* Maio plerumque quinque, aliquando septem sub-

uiridia, punctis minutissimis uaria parit eaque, si digitis tangantur, non amplius fouet, sed relinquit.

ATRICAPILLA *μελανόκερυφος* Arist. H. A. l. 9. c. et *μελανοκέφαλος* Graecis, falso gallinago ab Alberto M., ab aliis guger Germanorum, qui capite quidem

atro est, sed pectore rubet, a nonnullis auis phoenicuro adeo similis, ut, nisi cauda differrent, quae illi rubea, huic cinerea est, uix digno-

sci possent, esse putatur. Quam uerè Aristoteli et Plinio cum fycalide seu ficedula uel, ut Scaligero placet, ficula et ficilla eadem sit et ineunte quidem autumno ficedula, ab autumno protinus atricapilla euadat, putetur, cum Schwenkfeldius atricapillam uere et autumno deprehenderit, iudicandum relinquo.

Aliquot earum exhibet Aldrouandus icones. *Vna* capite, dorso, cauda et remigibus alarum pennis tota nigra erat. *Alterius* uertex colorem castaneum gerebat. *Tertia* notabili macula supra rostrum in fronte notabatur. *Quarta* tota ex albo et nigro uariabat. Schwenkfeldius passere paulo minorem, uertice nigerrimo, collo dilute caeruleo, uentre albicante, podice subflauo, pedibus glaucis, unguiculis fuscis esse scribit et summae linguae acumine carere addit. In Angliam non habentur, si Turnero credimus. *Mitescant* in caueis arborum et plura, quam uiginti ova, ponunt, sed numero semper impari. Non tantum uermiculis, sed et forbi Alpinae bacculis uescuntur, imo et uiuis inhiant. Vnde ampelides uocantur. *Pullos* tanta sedulitate alunt, ut in nido etiam pinguisimi existant. *Optimae* sunt in cibo autumno propter alimentum tum in iis abundans. Phauorini tempore negabant, ullam auem praeter ficedulam totam comedi oportere. Dioscorides frequenter in cibo sumtas uisum acueret.

*

R

HISTO.

gris albo circulo circumdatis, quem
rursus alius spadiceus ambit. Cru-
ribus longis, coxis breuib, digi-

tis 'membrana iunctis. Si cor-
rira trochilus non est, ce-
leris est.

TITVLVS II.

De Auibus Palmipedibus Herbiuoris

CAPVT I.

De Cygno.

Cygneus, qui et *olor* quasi ὄλος
ὁραῖος, totus candidus, Grae-
cis modernis cyprinus, ueteribus
κύδνος et κύκνος seu ἀπὸ τῆς κυκνῆς τὴν
ἰλὸν, quod cibi causa coenum scru-
retur et turbet, seu quasi κλυτός, quod
sit clamorosus seu, quod teres col-
lum habeat, dicitur. Totus est
candidus. Horatius purpureum et
pulcrum et splendentem poetica
licentia nominasse creditur. *Rostrum*
habet paruum turbinatum in ex-
tremitate obtusum, ferratum et fal-
cis instar dentatum, colore rufo, in
cuius summa parte, qua capiti com-
mittitur, tuberculum rotundum,
nigerrimum et rostrum in se infle-
ctens uisitur. *Collum* longissimum
uiginti octo uertebis constans, un-
de δολιχόδερος Homero et δολιχαύχην
Euripidi dicitur. Et lineae, uelut
piscatoriae, usum in aqua porrectum
praebet. *Pedes* nigris notis partim
caeruleis, partim rubicundis et al-
bis distinctos. *Membranas* digitis
interiectas squamulis minimis rotun-
dis inaequales. *Digitos* uero, ue-
luti annuli quidam, in latum interse-
cant, eorum medius omnium et
crassissimus et maximus est, longus
digitos decem, internus nouem,
externus septem. Vno pede pro re-
mo, altero pro corporis sui guber-
naculo utitur. *Linguam* mediam,
quod superius ponendum erat, sul-
cus denticulis palatum medium se-
cantibus respondens diuidit et ipse
prope radicem scaber. *Interna* si
species, *intestina* omnia quatuor do-
drantes et palmum longa multoque
adipe, qui uicem emeriti obit inte-
cta, in illo, quem Aldrouandus se-
cari curauit, erant et, cum simplici

tantum in se media spira reuolutio-
ne inflectantur, ne aliquid non pla-
ne distributi alimenti praeterlabere-
tur, natura caeca duo dodrantis
spatio inter anum et ipsorum ini-
tium interiecto recto intestino ad-
pendit. *Arteria aspera* admiran-
dae plane est structurae. Nam oe-
sophagum subiectum comitata ad
iugulum descendens cum peruenit,
non recta, ut in caeteris animanti-
bus, ad pulmones tendit, sed supra
clauiculas eleuata in costam ossis
pectoris seu sterni, quae ex duobus
lateralibus ossibus et tertio superno
his pro operculo incumbente fabri-
cata, uaginae seu thecae figuram
et usum praebet. Ad huius finem
postquam peruenit arteria, inferne
in se instar serpentis reflectitur et S.
literam exprimit moxque sub priore
iam dicta portione ipsi superposita
hanc capsulam denuo egreditur et,
clauiculis mediis conscensis, harum
ingo tanquam fulcro innititur at-
que ita sustentata denuo in morem
tubae reuoluitur thoracisque cauum
subiens, antequam ad pulmones
fertur, prius quasi laryngem alte-
ram efformat, transuersim secta
ossiculoque, quantum ipsa lata est,
longo et, quod tenui membrana ob-
tenditur, hiulcam fistulam seu sy-
ringem organorum musicorum, quae
inferiore sui parte simili fissum pa-
tulæ sunt, figuram repraesentat.
Sub hac larynge arteria in duas cana-
les diuicatur, quorum singuli in
medio ampliori capacitate protube-
rantes recta in pulmones exiguos
costis retro totos adfixos abeuntes
distribuantur. Talem structuram
et cantus, de quo postea et respi-